

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 941

**Auteur(s) :** Richard de Bohon, Coutances (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1156, 29 avril

**Lieu d'émission :** Cerisy

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard, évêque de Coutances, et Patrice, archidiacre de Bayeux, délégués comme juges par le pape Adrien IV, entre le chanoine Philippe et le chanoine Geoffroy d'Amfréville, au sujet de la terre d'Escures rattachée à la prébende de Saint-Jean de Caen, rendent compte de leur jugement à Hugues, archevêque de Rouen, et à son chapitre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CL, t. 1, p. 181-182.

Texte établi d'après a

Reverendo patri et domino karissimo Hugoni Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, totique Rothomagensis ecclesiae canonicorum conventui, Ricardus, Constanciensis ecclesiae minister humilis, salutem, et devotam in omnibus obedientiam. Philippus, Baiocensis ecclesiae canonicus, eo quod quadam parte praebendae suae, videlicet de terra de Scuris, ut asserebat, injuste fuerat spoliatus, querimoniam in praesentia domini papae Adriani deposuit, et sibi inde justiciam exhiberi postulavit. Unde controversiam ejusdem Philippi adversus Gaufridum de Amfrevilla, Baiocensis ecclesiae canonicum, qui ex donatione domini Philippi, Baiocensis episcopi, praedictam terram in praebenda possidebat, ego et Patricius, Baiocensis archidiaconus, per apostolica scripta iudices delegati, congruo tempore et loco terminandam suscepimus. Diem itaque et locum agendi apud Cyrisiacum, dominica qua cantatur Misericordia Domini, tertio videlicet kalendas maii, utrique parti constituimus. Ibi siquidem, utroque praesente, in praesentia plurimorum, hinc inde habita verborum multitudine, Philippus, tandem communicato cum fratribus et amicis consilio, et rem in controversia deductam in manu nostra refutavit, et quod non amplius reclamaret, causae renuntiando, coram omnibus affirmavit. Ne possit igitur super hac re malignorum suggestio litem in posterum suscitare, quod inde factum est dignum duximus praesentium litterarum testimonio commendare. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto; praesentibus: Theoderico, abbate de Sancto Laudo; Ricardo, episcopo, et Philippo, archidiaconis (sic); et de ecclesia Baiocensi: Willelmo, decano; Henrico, praetore; Hunfrido, cancellario; Roberto, subdecano; Ricardo, succentore; Willelmo, sacrista; Herberto de Ponte Ilberti; Ricardo de Ros; Willelmo de Broilo; Hugone de Sancto Georgio; Tustino; Radulfo

Suhart ; Rogero de Arreio ; Radulfo de Petrariis ; Radulfo, filio Riculfi ; magistro Durando ; Galtero, fratre Thomæ, archidiaconi ; et pluribus aliis.